Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26264
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ut de scripturis inter nos sermocinemur.
idest ut ego interrogem. tu respondeas.
Qua vita nil in luce hac puto iocundius.
quae animae pabulo omnia mella superant.
quam dulcia inquit propheta gutturi
meo eloquia tua super mel ori meo.
Nam idcirco ut ait precipuus orator: homi
nes a bestiis differimus quod loqui possumus.
Qua laude dignus est qui in ea re ceteros su
perat. in qua homines bestias antecel
lunt. Accingere igitur et mihi quae subiecta sunt
edissere. servans utrobique moderamen.
ut nec proposita solutionem desiderent.
nec epistula brevitatem. Fateor quippe tibi
quia libros quos mihi de fide lactantii
dederas. ideo non libenter lego quia et pluri
mae epistulae eius usque ad mille versuum spa
cia tendunt. et raro de nostro dogmate
disputant. Quo fit ut et legenti fastidium